Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pm̃ sicerunt de gente in gentem et de regno ad ppl̃z alterum
Non reliquit hominem nocere eis et corripuit pro eis reges
Nolite tangere xpos meos et in pphis meis nolite ma
lignari Et uocauit famem super terram et omne firmamen
tum panis contriuit Misit ante eos virum in seruum venundatus
est Ioseph Humiliauerunt in compedibus pedes eius ferrum
pueniens ut amaret eum donec veniret verbum eius Eloquium
dni inflammauit eum misit rex et soluit eum principes ppl̃orum
et dimisit eum Constituit eum dnm domus sue et principem
omnis possessionis sue Et erudiret principes sicut semet
ipsum et senes eius prudentiam doceret Et intrauit israel
in egiptum et iacob accola fuit in terra cham Et auxit
ppl̃m suum uehementer et firmauit super eum inimicos eius Con
uertit cor eorum ut oderent ppl̃m eius et dolum facerent in seruos
eius Misit moysen seruum suum aaron quem elegit ipsum
Posuit in eis uerba signorum suorum et prodigiorum in terra cham
Misit tenebras et obscurauit et non exacerbauit ser
mones suos Conuertit aquas eorum in sanguinem et occidit
pisces eorum Dedit terra eorum ranas in penetralibus regum
ipsorum Dixit et uenit cynomia et cymifes in omnibus fi
nibus eorum Posuit pluuias eorum grandinem ignem comburentem
in terra ipsorum Et percussit uineas eorum et ficulneas
eorum et contriuit lignum finium eorum Dixit et uenit locusta
et bruchus cui non erat numerus Et comedit omne fenum in terra
eorum et comedit omnem fructum terre eorum Et percussit omne
primogenitum in terra eorum primicias omnis laboris eorum
Et eduxit eos cum argento et auro et non erat in tribubus
eorum infirmus Letata est egypto in profectione eorum qui timebant
timor eorum super eos Expandit nubem in protectorem eorum et
ignem ut luceret eis per noctem Petierunt et uenit coturnix
et pane celi satiauit eos Dirupit petram et fluxerunt